

La Communication de Pologne

Excerpta ex Instrukcione Palatinatus Sandomir.
data suis Ablegatis pro futuris Comitibus Varsaviens.
Directore Conventus illius Illmo D. Nicolao Joanne
Sanckoronski.

In Conventu Quatoricensi Palatinatus Sandomiriensis pro futuris
Comitibus Varsaviens. electi sunt in Nuncios Terrestres, Ill. D. Sanckoronski
Korcinensis Capitaneus, D. Stanislaus Furmba, Judex Generalis Sen,
domiriensis, D. Joannes Olesnitzki, D. Nicolaus Pakostawski,
D. Hieronymus Komornitzki, D. Thomas Szcutski, praeter ultimum
omnes Republican.

Primo pro omni cura et sollicitudine hucusq. in curandis Reip. vulno,
ribus adhibita, gratias agent Serenissimo Regi Dni Muntij.

Secundo reassument Dni Muntij lauda anteriora et Instrukciones por,
rectas ad toties rupta Comititia hoc addito, ut in omnibus necessitatibus
patriae, recurrant ad vota totius Reip. D.D. Nunciorum eorumq. con,
gressus omni meliori modo ad optatam conclusionem Comitiorum
facilitando negotia.

Tertio Quoniam totius Patriae salus ex conclusione Comitiorum
dependet, instabunt quatenus omnes obices protrahentes Comititia. amo,
veantur, et vel maxime judicia, etiam cause fisci, effectualiter
absint, ut eo faciliori compendio cursus consiliorum effectum suum
obtineat.

Quarto, Inito consilio D.D. Ablegati cum tota aula, Nunciorum
expedient e medio sui ad exercitum, cum asecuratione futurorum
effectualiter Appendiorum.

Quinto. Omnium diffidentiarum in Regno et motuum cum tanto de-
trimento Patrie fons et origo est elasto, quæ tot legibus vetita
et recenti tractatu in Cadris ac Diplomate Regio cauta, recrudescit,
injunimus D.D. Nuntijs nostris, quatenus reasumptis anterioribus
constitutionibus sub penis gravissimis statuunt, ne durante vita
Principis electionis ulla mentio unquam fiat. Quod si quis auderet
huic sanctioni adversari, et quocumq; modo ac quibusvis medijs abolitam
promovere electionem, hostis patrie declaretur poenisq; perductionis affi-
ciatur processu celerissimo.

Sexto. Diffidentia inter Status exedit patrie precordia. Instabant Nuntij
Terrestres, ut Sereniss. Rex redintegret animos civium tollatq; omnes sus-
picionum occasiones, propter quas premitur Resp. amnestia. verò
Secretui in tractatu Longonicensi ab utriusq; per Commissarios
data et comprobata in toto finalem sortiatur effectum.

Bellum Turcicum evidenter presagia declarant nobis, si non ob-
viabit Legatus noster, instabant D.D. Nuntij quò omnes illi,
qui Resp. provent, tam spirituales quam seculares possident, proinde
patrie ei succurrant in tanto eius periculo, et ex amore erga
eam milite ac pecunia. eisdem juvent. Nec generalis expeditio
sufficit, sed statuatur lex, quæ ex facultatibus unus quisq; compareat,
quicumq; jure Nobilitatis Gaudet. sub penis, quas in contravenientes
officio leges Regni decreverunt.

Uoniam Artilleria magnos sumtus requirit et ingentem vim auri
consumit, curabunt D.D. Nuntij, ut ex vacantibus capitaneat, alijs
in hos usus assignentur.

Contra communem totius Christianitatis hostem auxilia à Principibus.

Exter

Exterris requirant. Praecavebunt D.N. Nuntij, ne sint potentiores So-
cij quam vires internae, ne his conditionibus auxilia approbent,
quibus provinciae invadantur, aut quibus Resp. debitum ^{contrahat} vel
quae novam electionem sapiant, aut ejusdem speciem faciant, oblationem
Regni inferant. Solo amore. Tranquillitatis contra commanem ejus hostem
auxilia dent, & acceptentur.

Tanta moles belli Turcici non exauctorationem sed augmentum mili-
tis requirit. Jam vero per incuriam & grandem Ducum errorem magna
pars militum exauctorata est. Inevitanda itaq. sunt rationes, quò legio-
nes exauctoratae revocentur, vel defectus istae suppleant, juxta com-
putationem in Commissione praeterita approbatam.

Incurio Tartarorum & Cosacorum magnam cladem intulit tam exer-
citui quam incolis Regni quae in putari non potest nisi Ducibus exer-
citus, qui per tertias personas securitatem patriae administrant,
malo exemplo ad alios progressuro & latius evagaturo. Eo itaq.
Duces commissorum rationem reddant D.N. Nuntij solemniter
instabunt.

Quamvis hoc perverso saeculo juramenta palambilitate videntur esse
fallendi stratagemata, ne tamen Resp. per adinventioes malefice
subtilitatis, quae hucusq. infringunt libertates nostras, notabiliter
patiat, omnes D.N. Nuntij Terrestres et ipsemet Director Camerac
Nuntiorum, jurent secundum formam ex communi consensu Camerac
Nuntiorum sancitam.

Dns Boratini qui tanta fere pessima moneta replevit & proba moneta
exhausit Poloniam, nulla ratione unquam ad eandem monetam
admittat.

Comitia hæc, nihil derogando constitutionibus de duarum hebdomadarum Comitibus ut pro hac vice sint duarum hebdomadarum sine ulla prologatione. Idem Dñi Nuncij curabunt.

Instrumentum Cancellariorum ut volumini legem inseratur, ydem urgebant. Quoniam Amnestia Ducibus data est in tractatu Lengonicensi cum quadam clausula non expressis verbis concepta, ut hæc lege publica declaretur, ita tamen ut absoluta potestas tollat; quam approbare ob multas rationes Resp. nullo modo potest.

Præterea, metu belli Turcici ad exteras Pares expediti sunt ablegati ratione auxiliorum ex Senatus consulto designati. Requirent nihilominus Dñi Nuncij Instructiones ablegatis datas.

Legimus in Instructione ad Comitia Provincialia ex Cancellaria S. R. M. data, quod Nuncij Terrestres reperiant qui avaritia student & corruptionibus patent; Instabunt Dñi Nuncij ut Cancellaria, S. M. tales nominet.

Quinam in exercitu modernam considerantes Provinciam militem con-
stitimus ad Proportionem contributionum totius Reg. esse con-
scribendum.

Malè ominari horret animus. In casum nihilominus, ruptorem Comi-
tiorum securitati nræ providendo in duabus hebdomadibus à facta
publica declaratione, quæ in officio Castrensi fieri debet, per Nun-
tios Terrestres Nros ad occurrendum futuris periculis oblegamus Nos
comparituros in hoc loco ubi Comitia Provincialia celebramus.

Supplicabunt etiam S. R. M. Dñi Nuncij quo bona hereditaria Illust.
Subomirsicorum una cum Salisfodina Cunequendis dicta, restituat.

Ordinatio Zamoisciana tollatur & bona successoribus restituantur.
Causis ex temeraria objectione ignobilitatis occurat.
Captivi noviter in servitutem abducti recuperentur.

Actum in Castro Radomensi d. 17. Febr. 1667.

Continuation
Excerpta